

DOCUMENTI GORIZIANI^{*)}

DEL SECOLO XIV

RACCOLTI DA

VINCENZO JOPPI

(Continuazione)

CLIV.

1340. 23 Aprile. Cividale.

Galayt in Luonz, in Traburch etc. comprato da una società di ebrei della contea di Gorizia e ceduto a Giacomo di Cividale, e a Giovanni Formentini.

In Christi nomine amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXL, indictione octava, die octavo exeunte Aprili, in infirmeria Conventus S. Dominici Ordinis Predicatorum prope Civitatem Austriam, Aquilegensis Diocesis. Presentibus honestis et religiosis fratribus Pagano de Civitate, ac Altruso de Brazacho Ordinis predicti; nec non nobilibus viris Rodulpho de Portis, ac Petro dicto Botazino de Civitate, Blasio q.^m Jacobi de Florentia commorante in dicta Civitate, ac Bonaventura Judeo Civitatensi filio q.^m Fantini Judei, et aliis.

Cum illustris D. Henricus Dux Karintie bone memorie locasset et dimisisset Pellegrino, Aaroni et Bonaventure, et eorum sociis judeis de Civitate, in una parte usque ad annos undecim et in alia parte post expirationem duodecim annorum ad annos undecim; ac in tertia parte post lapsum dictorum undecim annorum ad annos novem cum dimidio, Conductum

*) Vedi „Archeografo triestino“ vol. XIV fasc. II.

suum, sive Galayt; quod in Luonz, in Traburch, et in Ospitali prope Ortemburch dignoscebatur habere, ut in litteris ipsius D. Ducis liquide continetur: Nunc illustrissima D. Beatrix Comitissa de Goritia pro se, et filio Johanne Comite predicti Comitatus; ac D. Otto inelitus Dux Austrie ratificantes dictam locationem se, pro se, ac suis subditis realiter et personaliter obligassent judeis, ac eorum sociis antedictis pro evictoria, sive legitima defensione dicti Galayt, et cui jus eorum dederint, prout in ipsorum litteris concessis eisdem judeis plenius et clarius continetur: Bonaventura et Sansonus fratres filii q.^m Abrae, . . . ac justus filius Benedicti judei de Civitate, tanquam socii supradictorum Pellegrini, Aaronis et q.^m Bonaventure judeorum, pretio et foro mille et viginti quinque marcharum denariorum Aquilegensis monete, quod totum confessi fuerunt et contenti se habuisse et recepisse, eisque integre datum, solutum et numeratum esse a Jacobo de Civitate filio q.^m Tani de Florentia commorante Civitate, ac Johanne dicto Furmentino filio q.^m Simeonis de Burgo Porte Broxane dicte Civitatis Austrie, ad dandum et solvendum creditoribus eorundem venditorum et Pellegrini, Aaronis et Bonaventure quibus erant, et dignoscebantur in Civitate primitus obligati, renuntiantes etc. per se, suosque socios, ac ipsorum heredes, nobili milite D. Philippo de Portis de Civitate ibidem presente, ac hiis omnibus consentiente, habente jus et actionem in bonis premissorum judeorum ex venditione ei facta per Reverendum in Christo Patrem et D. D. Bertrandum Dei gratia S. Sedis Aquilegensis dignissimum Patriarcham, nec non per venerabilem Dominum fratrem . . . Ordinis minorum inquisitorem Heretice pravitatis, dederunt, vendiderunt, ac cesserunt ad septem annos proxime venturos, demptis duobus mensibus, usque ad annos viginti cum dimidio immediate sequentes, dictos septem annos, minus duobus mensibus, dictum Conductum sive Galayt et jus Galayt in Luonz et Traburg, et in Ospitali prope Ortemburch prefatis Jacobo, ac Furmentino pro se, ac eorum heredibus, et cui jus suum dare voluerint recipientibus, ad habendum, petendum, colligendum, exigendum, et recipiendum prefatum Galayt in Venzono, et aliis debitis locis cum omnibus suis juribus, pertinentiis, consuetudinibus, et actionibus ad dictum terminum viginti annorum cum dimidio, quemadmodum

premissi venditores poterant ante venditionem hujusmodi ex literis antedictis, quas ipsis emptoribus ibidem tradiderunt, cedentes pro se et eorum sociis eisdem emptoribus pro se ac suis heredibus ac cui jus suum dare voluerint recipientibus, omne jus, omnemque actionem realem, personalem, utilem, et directam, tacitam et expressam, quod, et quam habebant, seu dignoscebantur habere contra, et adversus heredes, et possessores bonorum, et subditos prefati Henrici Ducis Karintie, ac D. Ottonem Ducem Austrie, et ejus subditos, nec non contra dictam Dominam Comitissam, et subditos ipsius, ac heredes, et subditos, possessoresque bonorum dicti D. Johannis Comitis Goritie, et in bonis ipsorum pro dicto Galayt, secundum formam et tenorem predictarum litterarum. Promiseruntque dicti venditores per se, suosque socios, ac eorum heredes, cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, ac refectione dampnorum, interesse, expensarum litis et extra sub fide quam Deus dedit Moysi super montem Sinai, ipsis emptoribus pro se, ac eorum heredibus, seu cui jus suum dederint stipulantibus, dictam venditionem, cessionem, ac omnia et singula in hoc instrumento contenta perpetuo firma, grata, et rata habere tenere, observare, ac adimplere, ipsumque Conductum, sive Galayt in jure legitimo defendere, manutenere, ac varentare ab omni homine ac persona, et nunquam per se, vel per alium, seu per interpositam personam contra dicere, facere, vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio, sive causa de jure, vel de facto sub pena dupli ejus de quo ex premissis questio moveretur etc. cum omni melioramento.

Not. Enrico Ventura. Arch. Capit. Udine. copia.

CLV.

1340. 25 giugno. Cividale.

Il patriarca concede al nob. Nicolò q. D. Federico di Ungrispach di fondare e dotare una Capella dedicata a S. Nicolò nel Castello di Cormons.

Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus dilecto nobis Nicholao q. Friderici de Ungrispach nunc habitatori Cormoni salutem in Domino sempiternam. Amplectenda est

et pastoralis officii sollicitudine prosequenda pie mentis devotio que presertim divini cultus augmentum et salutem respicit animarum. Sane nobis nuper pro parte tua extitit significatum quod, tu de salute propria cogitans pro tue parentumque tuorum aliorumque fidelium remedio animarum in Castro de Cormono nostre Aquilegensis diocesis in plebe S. Alberti de Cormono Capellam seu Ecclesiam decentem ad honorem omnipotentis Dei et gloriose virginis Marie sub vocabulo gloriosi pontificis Nicolai construi de nostra licentia et hedificari fecisti ad cujus opus prosecutionem laudabilem pro substentatione sacerdotis ibidem mansuri supra bonis tuis propriis infrascriptis in dotem et nomine dotis prelibate Ecclesie redditus duarum marcharum ad usum curie assignasti; in primis videlicet supra bonis que reguntur per Dominicum et Sinum fratres de Cormono unam marcham reddituum ad usum curie et supra unam braydam versus Cormonem a superiori parte ipsius Ecclesie seu Capelle et iuxta viam publicam per quam itur ad nostram Austrie Civitatem, marcham aliam etiam in redditibus ad usum curie: item ad luminaria ipsius Ecclesie L libras olei supra una vinea tua posita supra monte Cormoni iuxta viam publicam maiorem per quam itur ad Castrum Cormoni et iuxta rivolum vel alii si qui forent, voleus et peteus quod presbiter instituendus in eadem Capella quod plebanum dicte plebis non possit collectis vel angariis aliquibus angariari. Verumtamen in signum maioritatis in festivitibus principalibus et maximo in celebratione generalis baptismi et in processionibus debeat sicut ceteri Capellani dicte Plebis ad matricem Ecclesiam convenire et eam in divinis officiis honorare, cujus Capellani presentationem tibi et tuis heredibus aut cui committendum duxeris reservasti quem cum presentatus per te fuerit, dicte plebis Plebanus si ydoneus fuerit confirmare et admittere teneatur. Quare nobis humiliter supplicasti, ut propositum tuum huiusmodi gratis dignaremur favoribus acceptare, Nos igitur tuis desideriis annuentes libenter quod tam pie et laudabiliter peregisti consensu libero acceptamus, dotemque approbamus prefatam, iure matricis Ecclesie in omnibus semper salvo: ita quod prefata capella de cetero perpetuum habeat Capellanum qui ei famulatum impendat assiduam in divinis per te quoad vixeris statuendum plebano nichilominus qui nunc est vel

pro tempore fuerit a te et deinde ab heredibus et posteris tuis seu quibus tu aut heredes tui ius patronatus legitime donaveris seu legaveris quociens tempus ingruent presentandum. In cuius rei etc. Datum in nostra patriarchali Civitate Austria die XXV Junii. Anno dominice nativitatis MCCCXL, indictione octava.

Not. Gubertino da Novate. Bibl. S. Daniele. Orig.

CLVI.

1341. 12 Gennaio. Udine.

Il Patriarca paga un Capitano tedesco e suoi che lo avevano servito nella guerra contro i Conti di Gorizia.

In Christi nomine amen. Anno nativ. eiusdem MCCCXLI, ind. IX die XII ianuarii, presentibus discretis viris Petro de Davanciis Capiteano Utini, Petro de Fuxo, M.o Pasino notario de Ferrara etc. ad hoc vocatis et rogatis.

Conradus Toracher confessus et contentus fuit se recepisse pro se ac omnibus eius sociis plenam et integram solutionem et satisfactionem a Reverendo in Christo Patre et D. D. Bertrando Dei gratia sancte sedis aquilegensis Patriarcha de toto ejus stipendio et omnibus aliis que petere possent ab eodem D. Patriarcha pro tempore quo nuper servierunt cum equis et armis ipsi Domino Patriarche in guerra quam habuit cum Comitibus Goricie, faciens mihi notario infrascripto ut publice persone recipienti nomine et vice predicti Patriarche finem quietationem remissionem et pactum de ulterius non petendo aliquid premissorum occasione.

Data Utini in strada publica iuxta Ecclesia S. Petri martyris.

Copia dal not. Gubertino da Novate. Bibl. civ. Verona Vol. 294 mss. Ongaró.

CLVII.

1341. 25 Gennaio. Spilimbergo.

Divisione del bottino fatto in Trussio al tempo che il patriarca era all'assedio di Cormons e di Gorizia.

A. D. MCCCXLI ind. IX. die XXV Januarii. In Spelgimbergo sub lozia Communis, presentibus presbitero Fulcherò, Albertuccio q. Francisci, Stephano q. Henrici, Jacobò q. Tuelli omnibus testibus de Spelgimbergo et aliis.

Cum Radivus de Champosanto et Chavallus de Aviano cum pluribus ipsorum sociis et tempore quo D. Patriarcha Bertrandus castrametatus fuit circa Cormonum et Goriciam, habuissent in societate cum D. Bartholomeo de Spegnimbergo, in Trussio prede nomine, armentas et alia animalia sen alias quascumque res, Radivus predictus recipiens vice et nomine suorum omnium sociorum fuit contentus habuisse a predicto D. Bartholomeo pro parte sibi eis contingente, marcham dimidiam frixacensium novorum faciens ei finem et remissionem pro se et omnibus eius sociis in preda predicta et sub obligatione omnium suorum bonorum promisit se et omnes firmum et ratum habituros.

Not. Nicolussio di Gemona. Copia nella Bibl. Civ. Udine.

CLVIII.

1341. 21 Febbraio. Udine.

Il patriarca d'Aquileja concede di aprire un mercato in Los.

Sancte Sedis Aquil., Dei gratia nos Patriarcha Bertrandus notum facimus universis presentes nostras itteras inspecturis. Quod nos ad utilitatem, honorem et comodum Castri et Fori de Los, incolarum ejus et ceterorum circumiacentium, supplicationibus dilecti nobis Dyetrici de Werdenstan Capitanei nostri ibidem, de speciali gratia concedimus et consentimus ut sub Castro predicto fiat forum publicum singulis diebus dominicis; statuentes, et ordinantes quod omnes et singuli venientes ad forum hujusmodi singulis dictis dominicis, cujuscumque conditionis existant, dum tamen non sint latrones publici aut banniti nostri et Ecclesie Aquilegensis aut depredatores stratarum, veniendo, stando et redeundo sint salvi et sicuri, nullam exactionem in dicto mercato solventes pro rebus quas emerint aut vendiderint in eodem, non obstantibus aliquibus represaliis, quibuscumque personis occasione quacumque, sub quavis verborum forma concessis et ut dictum forum facilius et melius augeatur, volumus et ordinamus ut habitatores et coloni fori nostri de Los, pro majori securitate et evidentiori utilitate ipsorum, in loco ubi fieri debet mercatum hujusmodi debeant se transferre et ibi domos eorum facere et

edificare, sicut eis utilius videbitur expedire. In quorum testimonium presentes fieri iussimus nostri sigilli appensione munitas.

Datum Utini, in nostro Patriarchali palatio, die XXI mensis Februarii, anno Dom. Nativ. MCCC. XLI. Ind. IX.

Dagli atti del Not. Gubertino di Novate. Bibl. S. Daniele.

CLIX.

1341. 6 Aprile. Faedis.

Odorico Pievano di Mossa riceve l'intimazione di venire al Sinodo da teuersi in Cividale ed offerta al nuncio.

A. D. 1341, ind. IX, die VI intrantis aprilis, in Fagedis in plazutta ante domum presb. Nicolai, presentibus Domino presb. Antonio plebano de Nimis, presbiteris Alberto commorante in Cucanea, Nicolao de Utino Capellanis in Ecclesia S. Marie de Fagedis, Egidio Vicario Ecclesiarum de Povoletto, Johannino Vicario Ecclesiarum de Campelio testibus et aliis.

Venerabilis vir D. Odolricus plebanus de Mossa recepit Furlanum nuncium deputatum ad ferendum et presentandum litteram citatoriam ad Synodum fiendam per Reverendum Patrem et D. D. Bertrandum Dei gratia Aquilegensis Patriarcham dignissimum in Austria Civitate in prima quinta feria post octavas Pentecosten, qui D. Odolricus Plebanus de Mossa in presencia testium predictorum et mei Notarii dictum Furlanum nuncium supradictum suscepit cum debito rationis excoperiando capud litteram recipiendo cum inclinacione et nuncio predicto subveniando in potu et uno frixachense sibi porrigendo ad manus. Carta cum omni melioramento etc.

Not. Pre Lupo di Faedis. Arch. notar. Udine.

CLX.

134.... 6 Dicembre. Fiume.

D. Stilichia di Duino e Rodolfo di lei figlio raccomandano al Patriarca Bertrando la prolungazione della tregua con Trieste, accennando a tregua che avevano col Conte di Gorizia.

Tergo: Reverendo in Christo Domino Patri et Domino B(ertrando) sancte sedis Aquilegensis dei gratia dignissimo domino Patriarche suo Domino semper honorando.

Reverendo in Christo Patri et Domino D. Bertrando sancte sedis Aquilegensis dei gratia Patriarche suo Domino semper honorando Stilich de Duyno et Rodulfus eius filius se ipsos cum omni recomendatione promptos et paratos ad omnia grata mandatorum si cum honore vestro esse potest quod tregue istorum de Tergesto nobiscum perlongerentur a nativitate Domini nostri usque ad unum annum multum nobis placeret eo quod ad festum beati Martini sicut scitis habemus treguas cum D. Comite Gorizie atamen si iam ordinastis dictas treguas nos contentamus et volumus nunc venire ad vestram reverendam paternitatem et adimplere omnia quecumque nobis ordinaveritis et litteras confirmationis dictarum treguarum aput vos fieri ordinabimus prout vestro honori expedire videbitur.

Data in terra Fluminis die VI Decembris.

Vol. XIII Doc. cartaceo orig. N. 11.

Arch. Capit. di Cividale.

CLXI.

1341. 26 Decembre (stile odierno). Presso Gorizia.

Il patriarca Bertrando promette, secondo quanto fecero i suoi predecessori, di pagare lo stipendio ai suoi feudatari, avendo passato l'Isonzo ed essendo stati con lui all'assedio di Gorizia.

A. D. MCCCXLI. indict. VIII. die XXVI mensis Decembris. Presentibus Martino q. Idasii de Solania, Ottone q. Ottonelli de Castronovo de Valle Suana, Artico q. Syfridi de Manzano, Brunello de Villalta qui moratur in Feltro, Donato de Feltro testibus et aliis.

Cum nobiles viri domini Bartholomeus de Spenimbergo, Conradus Boyani de Civitate Austria milites, Fridericum de Murutio, Johannes Franciscus de Castello, Ossachus de Strassoldo, Franciscus et Niculussius de Villalta, Doringussius de Mels, Zuchus q. D. Francisci de Tercano, Articonus de Porcileis, Manfredus de Prata, Odoricus de Strassoldo, Squarra de la Fratina pro se et aliis subditis Ecclesie Aquilegensis peterent a reverendo in Christo patre et dd. Bertrando Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarche, ut a die citra qua transierant Isontium

cum ipso d. Patriarcha et ipsius exercitu et steterant secum in obsidione Goritiæ, satisfacere deberet eisdem de eorum stipendio seu de expensa, iuxta morem et consuetudinem Ecclesie Aquilegensis. Idem D. Patriarcha promisit eis suo et quo supra nomine recipientibus, quod de iis que de iure ab ipso habere et recipere deberent occasione premissa, eisdem satisfaceret iuxta ordinationes aliquas suorum Antecessorum, ad hec obligans ipsis omnia bona Ecclesie Aquilegensis mobilia et imobilia, presentia et futura.

Actum in exercitu dicti D. Patriarche iuxta Goritiam, in hospitio d. Conradi prefacti.

Not. Gubertino da Novate. Bibl. Arcivesc. Udine. Orig.

CLXII.

1342. 15 Febbraio. Udine.

Gastaldia di Tolmino concessa in affitto per anni quattro, per supplire alle spese della guerra contro il conte di Gorizia.

In Christi nomine amen. Anno Nativ. eiusdem MCCCXLII Ind. X die XV mensis Februarii. Presentibus Reverendo in Christo Patre D. Natale Dei gratia Episcopo Emonensi ac venerabilibus viris et nobiles Dominis Morando de Porcellis Preposito S. Stephani in Aquilegia, Gambino Canonico Civitatis Ecclesie, Tarrabotto milite de Anchona, Petro de Davantiis de Florentia testibus et aliis.

Cum Reverendus in Christo pater et DD. Bertrandus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha propter immanes expensas quas fecit anno preterito in guerra quam habuit cum comitibus Goricie pro defensione Ecclesie Aquilegensis multas pecunias expenderit in stipendiariis et aliis et etiam propter ultimam solutionem pecunie, qua tenebatur Camere Apostolice ita sit ad presens evacuatus pecunia, quod non habeat unde armigeros tenere possit pro custodia strate et patrie; urgente necessitate, idem D. Patriarcha volens sibi futuris periculis precavere, per se suosque successores et nomine Aquilegensis Ecclesie pretio et foro duarum millium marcharum denariorum Aquilegensium quas ipse D. Patriarcha contentus et confessus fuit se

pro se et suis successoribus et nomine Aquilegiensis Ecclesie solemni stipulatione interveniente, firmiter attendere et adimplere et inviolabiliter observare; bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura eidem D. Patriarche et memorate Ecclesie ad hec specialiter obligando. Dictus vero D. Patriarcha suo et antedicto nomine predictum Castrum Tulmini cum Gastaldia et omnibus iuribus antedictis, prefato Castrono suo et suorum heredum nomine recipienti, promisit ab omni persona, ecclesia, collegio et universitate defendere, guarentare, manutenere et disbrigare, ac omnia supradicta firmiter observare; nec contra locationem, et concessionem huiusmodi aut contra premissa, aut aliquod premissorum, durante dicto termino quatuor annorum, facere, aut venire aliqua ratione, aut causa, de iure, aut de facto, sub obligatione omnium suorum, et dicte Ecclesie bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum. Et nichilominus promisit idem D. Patriarcha quod locationem, concessionem et omnia supradicta per Capitulum Aquilegiensem et generale Colloquium faciet approbari. In quorum testimonium presens instrumentum iussit sui pendentis sigilli munimine roborari.

Actum Utini in palatio Patriarchali.

Atti del not. Gubertino da Novate. Bibl. S. Daniele.

CLXIII.

1342. 19 Giugno. Udine.

Arbitri nominati per un aggiustamento tra il patriarca d'Aquileja ed il conte di Gorizia.

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod cum inter magnificum et potentem virum D. Albertum Comitem Goritie ex una parte, et S. Sedis Aquilegiensis Dei gratia nos Patriarcha Bertrandus ex altera, pacta et compositiones facta fuerint super litibus et controversiis vertentibus inter ipsum Dominum Comitem et Nos, de quibus extitit compromissum, sicut constat publicis instrumentis factis et scriptis per Paulum nostrum et Jacobum de Isnardo de Tervisio, eiusdem D. Comitis notarios nostrisque sigillis munitis: quia per arbitros per utramque partem assumptos, negotium expediri et definiri non potuit et appropinquat terminus compromissi. Nos Patriarcha predictus

habuisse et integre recepisse a nobili viro Castrono de Bardis de Florentia, habitante Utini, renuntians exceptioni non habite, non recepte et sibi non date dicte pecunie tempore hujus contractus et omni legum et juris auxilio, tam canonici quam civilis, omnique alii suo iuri, exceptioni, actioni, defensionem et rei sibi competentibus et competituris cum quibus contra premissa, aut infrascripta se posset modo aliquo defendere, aut tueri, tradidit, dedit, locavit atque concessit eidem Castrono pro se et suis heredibus recipienti, regimen, custodiam, et gubernationem Castri sui Tulmini nec non Gastaldiam dicti loci de Tulmino cum Garieto, iuribus, iurisdictionibus, proventibus, honoribus et obventionibus universis debitis et consuetis ad ipsam Gastaldiam spectantibus, a proximo festo Cathedre S. Petri ad quatuor annos subsequentes, integros et completos. Ita tamen quod finito termino huiusmodi locationis quatuor annorum, prefatus Castronus, et sui heredes dictum Castrum et Gastaldiam Tulmini cum omnibus supradictis Domino Patriarche predicto, seu eius Vicesgerentibus, aut successori suo libere, et sine contradictione, obstaculo, seu exceptione aliqua iuris, aut facti, restituere teneatur, possint pro dictis Castro et Gastaldia et iuribus restituendis pretendere, seu petere aliquas expensas per ipsum Castronum aut suos heredes factas, aut faciendas in posterum pro custodia, seu defensione dicti Castri, aut alia occasione quacumque, preter quam de mandato eiusdem D. Patriarche, aut successorum suorum; dictumque Castrum eidem D. Patriarche, Vicesgerentibus et gentibus suis, quos illuc destinaret, aperire teneatur et debeat quotiescumque ipse D. Patriarcha voluerit et requisiverit, aut eius Vicesgerens pro quacumque causa. Item quod ipse Castronus et sui heredes ducere debeant personas predicte Gastaldie et quascumque alias per laudum et sententiam, ipsasque non aliter aggravare; appellationes ad ipsum D. Patriarcham aut eius Curiam interponendas coram ipso Castrono admittere, illas videlicet, que fuerint admittende de iure; pustotas assentabit bona fide; utilitatem et commodum eiusdem D. Patriarche et Ecclesie Aquilegensis procurabit et augmentabit iuxta posse et dicte Gastaldie officium in omnibus et per omnia fideliter exercebit. Que quidem omnia prefatus Castronus per se suosque heredes iuravit ad sancta Dei evangelia et promisit eisdem D. Patriarche

compositiones, pacta et compromissum huiusmodi sub forma et conditionibus in predictis instrumentis contentis, usque ad octavam S. Martini proxime venturi approbamus, confirmamus ac etiam prorogamus. Verum quia per prefatos arbitros assumptos ad expeditionem huiusmodi negotii procedi non potest, nos ex nunc pro parte nostra fideles nostros Johannem de Villalta et Coradellam de S. Daniele in arbitros duximus eligendos: et idem D. Comes Henricum Maul de Traburch militem et Albertum scribam de Goritia in suos elegit arbitros et amicos. Quibus pro parte nostra omnem potestatem concedimus, quam habebant arbitri per ipsum Dominum Comitem et nos assumpti, prout in predictis instrumentis plenius continetur. Nos vero sub obligationibus et forma, ac pena in dictis instrumentis contentis, quidquid per dictos arbitros usque ad prescriptum terminum, pronunciatum et definitum fuerit, promittimus observare et nichilominus omnes fideles et subditos eiusdem D. Comitis et fratrum, bona, castra et loca ipsorum per nos, fideles nostros et subditos usque ad prefixum terminum assecuramus ac etiam affidamus: exceptis dumtaxat illis qui eorum fidem fregerunt et violaverunt non redeundo ad nostras carceres, quos in affidavitione huiusmodi non intendimus comprehendi. Insuper si alii nostri carcerati ad nostras carceres redibunt in die termini per nos eis statuto, et nostro, sicut promiserunt, se conspectui presentabunt, promittimus ipsis securitates et obligationes pristinas facientibus usque ad proximum festum S. Martini, eis terminum prorogare. In quorum testimonium has nostras litteras fieri iussimus nostri sigilli impressione munitas.

Datum Utini, in nostro patriarchali palatio, die XIX mensis Junii, anno Dominice Nativitatis MCCCXLII Indictione XI.

Not. Gubertino da Novate. Copia nell'Archivio capit. di Udine.

CLXIV.

1342. 6 Luglio. Udine.

Il patriarca d'Aquileja concede per due anni il castello di Vipacco al conte Alberto di Gorizia.

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod sancte sedis Aquilegensis Dei gratia nos Patriarcha Bertrandus facimus

constituimus et ordinamus nostrum procuratorem et specialem fidelem nostrum Candidum q. Luvisini de nostra Civitate Austria, ad accipiendum a magnifico et potenti viro D. Alberto comite Goricie restitutionem castri Vipachi ad nos et Ecclesiam nostram Aquilegensem spectantis et intrandum possessionem corporalem et tenutam dicti castri ac iurium et iurisdictionum ipsius, nostro nomine et Ecclesie memorate. Insuper cum nos de speciali gratia eidem d. Alberto Comiti dictum castrum nostrum de Vipaco cum redditibus, proventibus, iuribus, iurisdictione et districtu eiusdem concessimus hinc ad proximum festum s. Martini et deinde ad duos annos immediate sequentes. Ipseque d. Comes promisit, ad hoc bona sua specialiter obligando, elapso dicto tempore, nobis et memorate Ecclesie, libere et expedite et absque aliqua contradictione restituere dictum castrum et nichilominus illud aperire nobis et gentibus nostris quancumque fuerit requisitus, nec de eodem loco nos aut dictam Ecclesiam et eius subditos offendet nec offendi permittet. Nos modo premissis facimus constituimus et ordinamus eundem Candidum nostrum procuratorem et nuntium ad ponendum et inducendum dictum d. comitem in possessione castri et iurium predictorum sub forma et modo qui superius continetur. In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus nostri sigilli appensione munitas.

Datum in castro nostro Utini die VI mensis Julii. Anno Dominice Nativitatis MCCCXLII. Ind. X.

Not. Gubertino da Novate. Bibl. S. Daniele.

CLXV.

1342. 17 Luglio.

Il patriarca d'Aquileja accorda ad Alberto di Gorizia la facultà di erigere un nuovo altare nella chiesa di S. Ellaro di Gorizia e di instituire un beneficio.

Sanete sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus dilecto nobis in Christo Alberto q. Rodulphi de Goritia salutem in Domino.

Illorum preces libenter admittimus per quas et animarum profectum et cultum divini nominis conspiciamus ampliari. Cum

itaque, sicut tua nuper coram nobis porrecta petitio continebat, in Ecclesia s. Hellari de Goritia, nostre Aquilegensis Diocesis, intendas unum Altare erigere ac pro ipso beneficium unum perpetuum instituere, pro cuius dote annum redditum quatuor marcharum denariorum aquilegensium super tuis redditibus propriis assignasti, unde sufficienter vivere possit unus Sacerdos ydoneus per te presentandus Plebano et per ipsum Plebanum instituendus ibidem, qui singulis diebus, canonico impedimento cessante teneatur ibidem pro tua tuorumque parentum animabus Missam celebrare, ac cum Plebano ceterisque Capellanis et clericis dicte Plebis, absque preiudicio tamen iuris parochialis et participatione oblationum et obventionum Plebis predictae, omnibus divinis officiis interesse, tuis in hac parte iustis precibus volentes annuere, tibi, quod in Ecclesia predicta novum Altare possis erigere ac beneficium perpetuum cum docte predicta constituere, reservato tam tibi quam heredibus tuis iure patronatus in ipso beneficio, tenore presentium plenam et liberam concedimus in Domino facultatem. Ita quod infra tempus a iure statutum, quotiescumque beneficium ipsum vacaverit, tenearis ad illud Sacerdotem ydoneum presentare. In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus nostri sigilli appensione munitas.

Datum Utini in nostro patriarchali palatio die XVII Julii. Anno Dominice Nativitatis MCCCXLII ind. X.

Not. Gubertino da Novate. Copia nella Collez. Pirona. Bibl. Civ. Udine.

CLXVI.

1343. 7. Febbraio. Cividale.

Il patriarca Bertrando concede a Paoluzza di Plez di poter tenere un pescatore sull' Isonzo.

Sancte sedis aquilegensis Dei gratia nos Patriarcha Bertrandus dilecto nobis Paulisse de Pletio massario nostro salutem et gratiam nostram.

Grata fidelitatis obsequia que nobis et nostre aquilegensis Ecclesie retroactis temporibus impendisti et impendere non desistis nos excitant et inducunt ut personam tuam prosequamur

favoribus gratosioris. Hinc est quod nos volentes ob premissorum consideratione gratiam tibi facere specialem quod unum piscatorem habere valeas in flumine nostro Isoncii qui pro te piscari licite possit in ipso flumine liberam tenore presencium concedimus facultatem mandantes Capitaneo nostro Tulmini quatenus te, seu piscatorem tuum supra gratiam nostram huiusmodi nullatenus impediatur vel molestet.

In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus nostri sigilli impressione munitas.

Data in patriarchali civitate Austria VII Februarii, anno Dominicæ Nativitatis MCCCXLIII Ind. XI.

Orig. in fascicolo, Fragmenta Gubertini de Novate.
Not. patriarchalis. Collez. Joppi. Udine.

CLXVII.

1343. 26 maggio.

Il patriarca d'Aquileja Bertrando dà a godimento ad Alberto conte di Gorizia molti beni in Carniola ecc., per averne assistenza.

Noverint universi presentem paginam inspecturi quod nos Albertus Goricie et Tyrolis Comes tenore presentium profiteamur et recognoscimus quod Reverendus in Christo pater et DD. Bertrandus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha propter specialem dilectionem quam sui gratia ad personam nostram gerit mansos et terrena infrascripta ad ipsum et sanctam Aquilegensis Ecclesiam spectantia pleno iure cum fructibus, redditibus, proventus, iuribus et iurisdictionibus eorundem usque ad annos quinque immediate sequentes concessit de gratia speciali. Verum ne pro tanta beneficia et liberalitate dicti Domini nostri videamur ingrati licet de tantis beneficiis nunc et retroactis temporibus per ipsum D. Patriarcham paternaliter nobis collatis grates condignas rependere nequeamus, presencium tenore promittimus quod si per eundem D. Patriarcham et sanctam Aquilegensis Ecclesiam infra huiusmodi quinque annorum terminum guerram habere contingeret in Istria, in Foro-Julio vel in Charstis

nos toto posse ipsos D. Patriarcham, successorem suum et prelibatam Ecclesiam adiuvabimus contra omnem personam mundi, fratribus nostris Meinhardo et Henrico Comitibus Goricie et Tyrolis et magnificis Dominis Doymo socero nostro et Bartholomeo avunculo nostro Comitibus Vegle dumtaxat exceptis et quando-cumque nos requisiverit de gente armigera infra dictum tempus nos gentem nostram iuxta posse ipsi D. Patriarche et Aquilegensi Ecclesie transmittemus et si necesse foret iuxta ipsius requisitionem ad dicte Ecclesie defensionem et eius adversariorum offensionem personaliter veniemus ipsis nostris gentibus de stipendio consueto de persona vero nostra provideat sicut munificentie sue videbitur expedire. Promittimus etiam quod elapso dicto quinque annorum termino dicta bona prefato D. Patriarche vel suo successori et Aquilegensi Ecclesie antedicte restituemus libere et expedite, ad hec nos et bona nostra specialiter obligando. Bona autem huiusmodi sunt hec: in primis quidem in Neytin prope Neidek sunt septem mansi: item in Rorbach sunt undecim mansi: item apud Aych sunt septem mansi: item in Chresvach sex mansi: item in Chepler tres mansi: item in Wart sex mansi: item in inferiori Puch quinque mansi: item in superiori septem mansi: item in Zaleg tres mansi: item in Mos decemocto mansi: item in Czates undecim mansi: item in Corowitz septem mansi: item in Conestitz quatuor mansi: item in Vincherspach inferiori quatuor mansi: item in superiori quatuor mansi: item in Amberbz, Wievesperch septem mansi: item in Wolthensperch quatuordecim mansi: item in superiori Reberz quatuor mansi: item in inferiori tres mansi: item in Visezdorf novem mansi: item in Ewendorf quinque mansi: item in superiori Vorst tres mansi: item in inferiori quinque mansi: item in Suckendorf quinque mansi et unum molendinum: item in Mogensdorf undecim mansi: item in Cherstet septem mansi: item in Techeloy decemocto mansi: item in Wresaw novem mansi: item in inferiori Gabro-wich quinque mansi: item in superiori undecim mansi: item in Clanez tres mansi: item in Morenvetz decem mansi: item in Tal quinque mansi et unum molendinum: item in monte S. Georii unum mansum: item decimam in plebe de Treven: item in Honichstain sex mansi et decimam in plebe de Honichstain. In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus nostri sigilli

appensione munitas. Datum Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, die vigesimo sexto mensis agii, indictione undecima.

Da pergamena originale mancante del sigillo nell'Arch. Maniago Attinis in Maniago.

CLXVIII.

1343. 12 Luglio. Aquileja.

Investitura di Beatrice di Vipacco.

Sancte sedis Aquilegensis Dei gratia nos Patriarcha Bertrandus notum fore volumus universis quod accedens ad presentiam nostram dilecta in Christo Beatrix filia qm. Pancratii militis habitatoris nostri de Vipacho humiliter supplicavit ut ipsam de feudis sibi ex paterna hereditate debitis que dictus qm. Pancratius habebat et tenebat ab Ecclesia Aquilegensis investire benignius dignaremur. Nos vero ejus supplicationibus inclinati recepto ab eadem Beatrice prius fidelitatis debite juramento per nos et successores nostros ac nomine Aquilegensis Ecclesie dictam Beatricem pro se et suis heredibus recipientem de predictis feudis eo jure quo dictus quondam pater suus illo antiquitus habuit et tenuit ab Ecclesia Aquilegensis per fimbriam nostre clamidis presentialiter investivimus, salvo jure Aquilegensis Ecclesie et omnium personarum. In cujus rei testimonium presentes fieri jussimus nostri secreti sigilli impressione munitas.

Datum Aquilegie die XII. mensis Julii anno Dominice Nativitatis MCCCXLIII. Indictione XI.

Not. Gubertino da Novate. Arch. Not. Udine. Copia antica.

CLXIX.

1343. 25 Luglio. Cividale.

Affittanza della pesca sull'Isonzo a Plezzo.

A. D. MCCCXLIII. ind. XI., die VII exeunte Julio, in Civitate sub domo Communis presentibus Justino, Johanne Covatti, Nicolao q. d. Henrici de Civitate, Tismol et Domenis fratribus de Portabrossana et aliis.

Philippus q. d. Wodorlici Longi per se suosque heredes locavit suam piscationem de Plez de Usonzio d. Werre presbitero de Chiavoreto a proximo festo sancti Jacobi preterito usque ad unum annum pro precio et foro XXXII librarum casei de Plezio, quod caseum promisit fide prestita, dare et solvere eidem Philippo usque ad festum sancti Martini venturi. Pro quibus omnibus attendendis etc. quamdam suam equam pili bruni ad omne eius debitoris periculum obligavit etc.

Dal protocollo di Landuccio notajo di Cividale. Arch. Not. Udine.

CLXX.

1343. 6 Ottobre. Cividale.

Vendita della Decima della Pieve di Tolmino.

A. D. MCCCXLIII ind. XI., die VI intrante Octubri. In Civitate ante Ecclesiam S. Marie de Curia, presentibus Parasino et Raimundo fratribus filiis q. d. Branze de Civitate, Franciscutto q. d. Lantelmi de Osnago genero q. d. Petri Fondani de Civitate, Guillelmo toscano q. Neri de Florentia, Marcho de Cluza genero q. m. Johannis scolaris testibus et aliis.

Furmintinus q. Symeonis de Portabrossana et Johannes becarius q. Leonardi Cristay de Civitate, quilibet eorum in solidum pro decima plebis Tulmini et eius Contrate agnorum et edum solvere promiserunt fide prestita etc. d. Francisco canonico q. d. Verdi Pirinzoni dante et vendente pro se et d. Florido canonico et Ottobono vicedomino Monasterii Civitatis XLIV et dimidiam marcharum denariorum aquilegensis monete, videlicet medietatem usque ad proximum festum S. Viti et aliam medietatem usque ad proximum festum S. Jacobi tunc subsequente, sub pena duarum marcharum pro quolibet termino. Insuper vocaverunt se convictos tamquam coram d. Patriarcha per laudum et sententiam essent convicti etc.

Landuccio notajo di Cividale. Arch. Not. Udine.

CLXXI.

1344. 9 Febbraio. Ragogna.

Il nob. Nichilo q. Cav. Odorico di Ragogna, vende per 117 marche di den. Aquil. al nob. Vicardo di Colloredo l'Avvocazia e Garito di Muzzana, feudo del Conte di Gorizia.

In nomine Domini amen. Anno eiusdem Nat. MCCCXLIV, ind. XII, die IX intrante february, presentibus D. Nicolao Parvo de Ragonea, D. Asquino filio q. D. Stephani de Pinzano, Niculio filio q. D. Fanfani de Prampergo, Vuiglelmo filio D. Asquini de Coloreto, Petro dicto Cane filio q. Rodulfucii de Coloreto, Mathiussio filio Stephani Tromba de Ragonea testibus ad hoc notatis et rogatis et aliis pluribus fidedignis.

D. Nicolaus dictus Nichil filius q. D. Odorici Militis de Ragonea precio et foro centum et XVII marcharum denariorum aquilegensis monete quas totum contentus fuit et confessus se habuisse ac integre recepisse a d. Vicardo de Coloreto, renuncians exceptioni non habiti, non recepti, non soluti et sibi non dati ac numerati dicti precii tempore huius contractus et omni legum et juris auxilio tam canonico quam civili, omnique alii suo iuri, exceptioni, actioni defensionis et rei sibi competentibus et competituris, cum quibus vel eorum aliquorum ac contentis in hoc instrumento se posset aequaliter defendere vel tueri seu de quibus in eo plenam et expressam fieri oporteat mentionem per se et suos heredes iure recti et legalis feudi Comitatus Goricie, dedit, vendidit et tradidit ac investivit eidem D. Vicardo pro se suisque heredibus ementi et recipienti, non removendo sed potius affirmando venditionem prius factam, totum et universum suum ius et rationem avogarie et garitus, quod vel quam habet et habere visus fuerat in villa de Muzana cum omni dominio et honore, pro quo sibi solvere consueverunt et tenentur homines diete ville annuatim per terminos consuetos per terciam partem sibi contingentem marchas quinque denar. aquil. et denarios XXXVI eiusdem monete. Item pro parte D. Nicolai den. LII et pro parte heredum q. D. Ottusii den. LII annuatim similiter per terminos consuetos, cum omnibus et singulis que habent supra vel infra seu intra se in integrum, accessibus suis liberis et

egressibus, omnique iure et actione, usu seu requisitione, servitute, dominio, comodo et onere sibi ex dicta Avogaria et Garito atque dominio modo aliquo spectantibus vel pertinentibus, de iure vel de facto, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, vendendum, obligandum, permutandum, infeudandum, alienandum et quicquid sibi suisque heredibus vel cui dederint deinceps perpetuo iure recti et legalis feudi placuerint faciendum, sine omni contradictione et repetitione dicti D. Nicolai eiusque heredum vel alterius cuiuslibet persone, salvo semper omni iure et consuetudine ipsius feudi. Si quid enim dicta avogaria, dominium et garitus plus valerent precio aucto dicto, ipse venditor pro se suisque heredibus, illud plus eidem emptori recipienti ut supra, donationis nomine que dicitur inter vivos pure donavit, ita quod ipsam donationem non valeat aliqua iniuria, ingratitude vel causa revocare, constituens se ipsam avogariam, dominium et garitum eiusdem emptoris nomine precario possidere, quousque de predictis tenentam et possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi et retinendi deinceps sibi licentiam omnimodam contulit atque dedit, promittens stipulatione solemnium iamdictus D. Nichil pro se suisque heredibus prefatis avogariam, dominium et garitum cum omnibus pertinentibus ad eosdem, ut superius est expressum, in solidum et in parte ipsi emptori suisque heredibus vel cui dare voluerint, iure recti et legalis feudi ab omni homine et persona, collegio, ecclesia in ratione legitime defendere, autorizare, guarentare, manutenere et disbrigare et numquam de predictis seu aliqua eorum parte vel iure, litem, controversiam seu questionem aliquam movere. Et insuper quocumque per ipsum emptorem vel ejus heredes aut cui commissum fuerit sine fraude, tamen ipsam avogariam, dominium et garitum domino a quo haberi in feudum agnoscitur refutare et procurare bona fide absque suorum bonorum alienatione, ut de ipsis ad legale feudum investiant ac etiam facere cum refutatione, et investitione huiusmodi quicquid per eundem emptorem vel eius heredes sibi extiterit ordinatum in unum etiam et in plures, cum refectione omnium dampnorum et expensarum litem et extra, solo ipsorum verbo sine sacramento testium et alia probatione quacumque. Nec contra predicta vel infrascripta seu aliquid eorum per se vel alios aliquo tempore

dicere, facere vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio sine causa, sub pena dupli valoris dicte avogarie, domini et gariti ut pro tempore plus valuerint vel meliorata fuerint minus quinque solidis veronensium parvorum et sub obligatione omnium suorum bonorum tam mobilium etc. presentium et futurorum, eaque pena soluta vel non, presens tamen instrumentum et omnia et singula in eo contenta nichilominus perpetuam stabilitatem obtineant et firmitatem, pro quibus omnibus et singulis plenius attendendis et firmiter observandis, precibus dicti venditoris et pro ipso supra omnibus suis bonis D. Nicolaus Parvus testis supradictus pro se suisque heredibus in solidum extitit fideiussor et legitimus defensator ac manutentor in ratione sub bonorum suorum omnium ypotheca, renuncians dictus fideiussor omni legum et iuris auxilio cum quo se posset a dicta fideiussione defendere vel tueri. Datusque fuit per iamdictum venditorem Petrus testis supradictus nuncius ponendi eundem emptorem in tenutam et possessionem corporalem avogarie, domini et gariti predictorum.

Actum Ragonee in grava Tulmenti iuxta domum Danielis de Seletto.

Ego Antonius filius q. Aylini Notarii de Maniaco, imp. auctoritate notarius interfui et rogatus scripsi.

Da copia nel vol. II Processi del not. Giovanni a Varis. Arch. notar. Udine.

CLXXII.

1344. 22 Febbraio. Fagagna.

Consiglio del Parlamento e Statuto sui giudizj per questioni di territorio, dei creditori e legge santuaria.

1344. 23 Febbraio. Udine.

Il Consiglio suddetto intima la guerra al Conte di Gorizia. — Disposizione nell'eredità Villalta.

In Christi nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem 1349, ind. XII. die 22 Februarii, in Ecclesia Castri Faganee, presentibus Ven. bus viris DD. Gilberto Abbate Mosacensi et Odolrico

Abbate Belliniensi et nobilibus viris DD. Hectore de Savorgnano, Gyardo et Johanne de Cuchanea, Nicholao de la Fratina, Francisco de Sbroglavacha, Henrico de Pramperch . . . Conrado de Civitate Militibus et DD. Henrico de Spegninberch, Henrico et Ossalco de Strassoldo, Fantussio de Pulcinicho, Federico de Murutio, Rizado de Trichano, Nicholussio, Nicholao et Meynardo consanguineis de Vilalta, Henrico de Sofumbergo, Vicardo de Coloreto, Ulvino, Ottobono et Nicolussio Arponis pro Com. Civitatis, Nicolussio Varbiti de Utino, Guillelmo q. Picossii de Aquileja, Gubertino et Paulo notariis Curie Patriarchalis testibus et aliis.

In pleno Consilio ordinato per Colloquium generale hodie celebratum in presentia Reverendi in Christo Patris D. D. Bertrandi Dei gratia Sancte Sedis Aquil. Patriarche, consultum et statutum fuit supra infrascriptis et inter alia.

In primis quod D. Patriarcha possit committere Vicario suo questiones territorii usque ad diffinitivam sententiam ipsi Dno. Patriarche servatam et istud statutum duret a proximo festo Ressionis Domini ad unum annum, factum fuit hoc solum extra.

Item quod nullus creditor in mutuis suis valeat facere pactum quod debitor intret hospitium vel exeat Terram Foriulij et quicumque faciet contra, nullius sit valoris et notarius scribens instrumenta incontinenti sit privatus officio notarie per biennium et istud statutum valeat et duret inter homines Foriulij.

Item quod nullus de cetero de Foroiulio se induat vestibus nigris pro morte uxoris, alioquin sit contrafaciens privatus consilio, sententia et omni privilegio D. Patriarche in publicis officiis et sic dictum Statutum statim proclamatum fuit ante Ecclesiam in Faganea per Odoricum Tortam preconem Utini.

Item eisdem anno, inditione, die lune XXIII februarij, actum in Castro Patriarchali Utino, presentibus Ven.^{bns} Dominis Guidone Episcopo Concordiense et nobilibus viris ser Hectore de Savorgnano, Nicholao de la Fratina, Hermanno de Carnea et Conrado de Civitate militibus, Henrico de Strasoldo, Osalcho eius consanguineo, Federico de Murutio, Ulvino de Canusso, Ottobono et Nicholussio q. Arponis de Civitate testibus. In presentia dicti D. Patriarche consultum fuit supra questione iniuriarum factarum

per illum de Castronovo Comitatus hominibus de Utino et hominibus de Civitate et hominibus de S. Vito ac alijs hominibus Foriunlij ipse Dominus Patriarcha scribat Comitibus Goricie quod restituant, aliter fiat ipsis Comitibus libere werra pro deffensionibus Ecclesie Aquilegensis.

Item eisdem anno, indicione, die, loco et testibus predictis, D. Patriarcha requisivit D. Franciscum q. D. Johannis de Vilalta, primo sub pena decem marcharum, secundo sub pena L marcharum et tertio sub pena centum marcharum denariorum, quod debeat restituere domum Vilalte sue noverce secundum formam testamenti q. D. Johannis patris ipsius D. Francisci. Item requisivit ipsum D. Franciscum quod incontinenti debeat reverti ad carcerem suum prout ipse D. Franciscus iuraverat et promiserat in fide sua.

Minuta orig. cartacea nell' Arch. Munic. di Cividale.

CLXXIII.

1334. 12 Aprile. Cividale.

I massari del Conte di Gorizia dichiarano che loro furono restituite le cose loro tolte da quei di Gagliano e Cividale.

A. D. MCCCXLIV. Ind. XII die lune XII intrante Aprilis. Actum in Civitate Austria in curia heredum q. Nicolai Mussatini, presentibus Ottobono q. Nicolai, Anselmo, Johanne de Portis, Tristano q. d. Philippi, Guglielmo q. Hugonis, m.º Matheo Scholarum de Civitate, Nicolao nepote Anselmi, Coculo q. Nicolai, Marcho notario de Civitate, Conrado de Flagonia et Philippo q. Johannis de Atens testibus ad hec vocatis et rogatis.

Marinus et Michael de Judrio et Mathias et Vorlicus eius filius de Masabrida massarii Comitatus Goritie, in pecunia prompta ibidem numerata et bestiis restitutis secundum fidem et dictum ipsorum, vocaverunt sibi solutum et integre satisfactum de omnibus et singulis armentis, bestiis, minutis et faciolis ipsis massariis acceptis per illos de Gallano et homines de Civitate usquem ad diem presentem a nobili milite D. Philippo de Portis Civitatensi prout promiserunt, et fecerunt eidem D. Philippo perpetuam finem et rationem et per eorum fidem numquam movere

questionem, sed habere ratum et firmum sub pena dupli questionis movende etc. mihi notario stipulanti nomine ipsius d. Philippi et omnium quorum interest.

Qua pena soluta aut non, presens instrumentum in omnibus sit firmum et cum obligatione omnium suorum bonorum.

Not. Stefano da Cividale A. N. U.

CLXXIV.

1344. Aprile.

Risposta del patriarca d'Aquileja all'ambasciatore veneziano deplorando i danni recati ai sudditi della repubblica da Giovanni di Stegberg amico dei Conti di Gorizia e di altri principi nemici della Chiesa di Aquileja.

MLCCCXLIV mensis Aprilis. Exemplum responsionis facte et in scriptis exhibite per dominum Patriarcham Aquilegiensem, Ambaxate oretenus eidem exposite, per nobilem et Sapientem Virum Dominum Bertucium de canali, civem Veneciarum, et ambaxatorem Dni ducis et communis Veneciarum.

Ad ambaxatam pro parte Illustris Domini Ducis Veneciarum per nobilem Virum Dominum bertucium de Canali facunde et sapienter nobis expositam, repensa debita, et cum gratiarum actione salutem. Nos patriarcha sic ducimus respondendum, quod intentionis et voluntatis nostre semper fuit, et est, et erit, manere, et esse, cum dno duce, et dominio Venetorum, in sincera dilectione et pace, et ut amor inter ipsos, et nos, imperpetuus et inviolabilis obseruetur, amicos eorum, amicos nostros, et inimicos eorum inimicos nostros reputamus, sed nouit deus qui scrutator est cordium, quantam displicentiam, et turbationem animi habuimus et habemus de hiis que Johannes de Stegberg contra illud dominium perpetravit, sicut alias, nobili Viro dno. Nicolao mauroceno, qui hujusmodi de causa ad nos fuit, et dno duci per militem nostrum Fridericum de souregnano significauimus, et licet dictus Johannes castrum de arisperch, quod ad aquilegensem spectat ecclesiam, non tamen est in aliquo nobis obediens, et deum testem inducimus, quod cum dura cordis amaritudine, et contra uoluntatem nostram illud detinet, quod frater suus

furtive, nostro predecessori abstulit, nec ipse Johannes, postquam dictus dominus nicolaus in istis partibus fuit uenire ad nos uoluit, sine litteris nostris affidantie, ed ultra hoc cum promissionibus et obligationibus militum nostrorum, de persona sua dubitans atque timens, quia q . . . iniquitatis filius, tractatum quem ordinaueramus propalauit, et postmodum nec precibus nec litteris aliquibus, ipsum inducere potuimus, quod ad nos uellet uenire, aliqua ratione. ymo tunc ligam et unionem fecit cum emulis nostris. Nouissime autem tempore (? tpr.) nouis, armata manu accessit ad castrum nostrum de los comburendo, et robando quicquid potuit inuenire, ipsumque castrum tenuit obsessum per XVcim dies, per quod, capitaneus noster qui ad nos uenit conquerendo, adhuc est in nostra curia et reddere non audet timore dicti Johannis, et in ueritate loquendo, nichil tam libentius faceremus nec carius nobis esset, quam castrum illud, quod potius comitatus censeri potest, de manibus eius erripere, si possemus. Sed nouit deus, quod possibilitas defficit, non uoluntas quia locus est inexpugnabilis, et non possemus habere transitum, nisi per terras et districtum comitum goricie, cum quibus etiam ligam fecit contra nos, (non) absque manifesto periculo persone nostre, et etiam per castrum uipagi, quod certi uassali ecclesie, in damnum ipsius ecclesie, duci austrie uendiderunt, in quo castro est unus potens ducatus austrie capitaneus, et cum magna gente cum quo ipse Johannes et cum pluribus aliis potentibus illarum partium, uidelicet de petoina, qui est capitaneus carniole, et marchie, Comite de ortemborg, et comite de cilia, et aliis castellanis uicinis qui sibi astant ad malefaciendum, est etiam colligatus et idcirco uideat et discernat ducalis magnificentia, eiusque consilii circumspecta prudentia, quid in hoc nos fieri potest, quia eorum sano consilio stare intendimus, nec credimus, quod nos ad impossibile uellent compellere, sed si eorum magnitudini placet sicut alias tractatum fuerat, uel ipsi hoc negotium sibi assumant et nos eis astabimus toto posse, uel nos assummemus et ipsi nobis dent auxilium et fauorem, nam pro conseruatione dilectionis et amoris sinceri, inter ipsos et nos, bona exponere intendimus et personam. Ceterum intelleximus quod nobilis vir, dominus Petrus geno quem dileximus, ante quam uideremus, propter eius famam laudabilem, et prudentiam, quam semper

habuit in Regiminibus suis, debet esse capitaneus paysanatici, cuius consilium dominium nostrum istrie regi intendimus, ei sibi tamquam nobis, per nostros subditos obediri, et quia sagax est et circumspectus, secrete sibi, et illi quem deputauerimus, si dno duci et eius consilio uideretur factum dicti Johannis committatur, quia talis res in momento secrete et caute fieri poterit, quod forte non posset ante anno compleri; Sed non dubitet excellentia ducalis quia quod differtur non aufertur, nam pro certo apto tempore talis uindicta fuit de qua ipsorum animi poterunt merito contentari.

Super damnis que illata dicuntur certis hominibus de Venetiis per nostros subditos, et primo de facto Jacobei mozo de iudecha, super damno sibi dato, in cauisago, nostri districtus, per Johannem Franciscum de castello, seu per clapicem seruitorem, uel gentes eius, que damna taxata sunt, per dominos extraordinarios domini, et communis Veneciarum, in libris decem grossorum, sic ducimus respondendum. quod cum huiusmodi damna, per tales et tantos Viros discussa fueriat diligenter et taxata, in libris decem grossorum, ut est dictum, contentamur, et uolumus, quod de pecunia nobis debita usque ad dictam summam integre satisfiat.

Super facto Angeli gabo habitatoris gradi, dicimus et respondemus, quod in hoc facto sumus circumuenti, quia semper credidimus, quod bladum huiusmodi derobatum fuerit tempore guerre, sed ex quo clare nobis constitit, sicut patet in processu et confensione (sic) dicti Angeli, quod dictum bladum non fuit acceptum per modum derobationis, sed uenditum fuit, certo pretio per soluendo dicto angelo in certo termino, et quod ex hoc factum fuit uel fieri debuit per notarium publicum instrumentum. Nos habita claritate negotii, compellemus tam notarium ad faciendum instrumentum ut ipse angelus ius suum ostendere possit, quam nostros subditos de Albona ad satisfaciendum dicto angelo, de libris CIIII paruorum, sicut taxatum extitit per extraordinarios antedictos.

Super facto subditorum nostrorum de bullis, intelleximus, quod inter ipsas et homines uici sancti petri est questio, super certis pascuis, que, illi de bullis, ad se dicunt spectare, super quibus potestas Justinopolis diligenter inquirat, et si nostri

indebite excesserint, cum satisfactione integra puniemus. Si uero iustitiam foueat, in eorum iure, et iustitia permittantur.

Super aliis damnis datis per nostros subditos de castellono et grisignana, dicimus, quod cum nundum taxata sint, sed per modum querele solum exposita, ipsos nostros subditos ad satisfactionem integram predictorum omnium compellemus, et faciemus de predictis integre satisfieri, Volentes, non tamen nos ad hoc, vigore pactorum astringentes, quod si de premissis non foret, usque ad festum sancti Johannis baptiste per nostros satisfactum, de pecunia nobis debita, hiis qui debent habere, integre satisfiat.

Ultime super facto lignaminis nicoleti peixe etc., dicimus et respondemus, quod hoc soluere aut satisfacere non intendimus nec tenemur, tum quia probabiliter ostenditur, et est ita, quod lignamen huiusmodi, erat militis nostri hectoris de souregnano, et de hoc est publicum instrumentum in Veneciis, tam quia acceptum fuit tempore guerre, sicut etiam de hoc patet publico instrumento, et dato, quod hec uera non essent, que uera sunt non est per dominium Venetiarum, quod tanta sapientia regitur, et gubernatur, nec per aliquem alium presumendum quod nos qui illis paucis euolutis diebus, pacem ueram et bonam, quam semper observare intendimus, cum ipsis feceramus, et qui nobis tantam dilectionem et amorem ostenderant, quod eorum ambaxatores solempnes miserunt, pro tractanda concordia, inter nos et Rizardum de camino, cum quo tum guerram habebamus, vel habemus pro re aliqua, nedum pro tam uilli re, et lignamine, quod nullius utilitatis nobis esse poterat pacem predictam infringere, uel modo aliquo uiolare, Veruntamen parati sumus et contentamur quod per sapientes uideatur de jure, et si adiudicatum fuerit, nos debere soluere lignamen huiusmodi de iure, parati erimus satisfacere integre de eisdem.

Commemoriali IV. 61. Arch. di Stato. Venezia.

CLXXV.

1344. 9 Settembre. Gorizia.

Mainardo Conte di Gorizia vende beni in Sassina e Sopotoch a Simone Cazetta di Cividale per 125 marche di denari.

A. D. MCCCXLIV ind. XII die nono intrante Septembri.
In Castro Goricie supra pugyolum, presentibus magna domina

Heufemia Comitissa Goricie, nobilibus dominis Alberto de Chyoseyz, Marquardo de Lauwant et Federico de Walchmarch militibus infrascripti d. Comitis, d. Wolvino q. d. Walconi de la Turre de Goricia, d. Alberto notario de Goricia, d. Henrico notario de Goricia q. d. Conzii de Orzono, d. Simone q. d. Henrici Purcraffi de Peuma, Otillo notario de Goricia, d. Hendreyz de Cormons q. d. Meynardi de Floyana testibus et aliis.

Magnificus et potens vir d. Meynardus Comes Goricie et Tyrolis filius q. d. Alberti Comitis precio et foro CXXV marcharum denariorum aquilegensis monete veterum, quod totum confessus et contentus fuit se habuisse etc. a Simone filio q. d. Henrici Cazete de Civitate, renuncians etc. per se vendidit et pro se fratre suo d. Henrico Comite quem (sic) pro hiis facere et consentire et dictam venditionem et donationem confirmabit et ratificabit, bona infrascripta et si plus valerent dedit et donationis nomine que dicitur inter vivos bona infrascripta sita in pertinenciis Judrii in Saxina et Sopotoch, recta per Marquardum decanum carnellum de dictis mansis et bonis et per alios Massarios, sunt Massarii supra dicti bonis et mansis XIX ad habendum tenendum dandum etc iure proprii, cum omnibus braydis, campis, silvis, pratis, vineis etc et de dicta venditione et donatione dedit eidem emptori Ghirittum in dictis bonis et supra dictis bonis, cum omni iure excepto iudicio criminali etc. promittens etc sub pena dupli etc, qua solata vel non etc pro quibus etc d. Wolvinus, Albertus, Henricus et Simon testes per se eorumque heredes cum obligatione omnius suorum bonorum etc. extiterunt fideiussores etc. Waynista frater d. Johannis Justan de Tulmetio absens tamquam presens, nuncius datus fuit. Et dictus d. Comes et fidejussores presens instrumentum munire fecerunt eorum sigillis pendentibus. Cum omni melioramento etc.¹

Notajo Landuccio di Cividale. Arch. Not. Udine.

¹ Segue. Nello stesso giorno e luogo fu segnato un patto di ricupera entro quattro anni dalla detta vendita.

CLXXVI.

1344. 27 Novembre. Udine.

Il Patriarca dichiara che le prede fatte dal Capitano di Tolmino in alcune ville dei Signori di Villalta furono fatte perchè questi erano ribelli.

Die XXVII Mensis Novembris. Presentibus venerabili viro D. Fratre Odorico abbate monasterii Bellenensis, nobilibus D. D. Friderico de Savorgnano et Hermano de Carnea testibus et aliis.

Reverendus in Christo pater et D. D. Bertrandus, Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha sponte et ex certa scientia dixit, recognovit, et confessus fuit, quod hoc anno Castronus de Bardis de Florentia, Capitaneus Tulmini de mandato expresso ipsius D. Patriarche, ivit in Dresnizam, et iuxta mandatum ei factum per dictum D. Patriarcham captivavit massarios et colonos heredum q.^m D. Johannis de Villalta, ac eis accepit eorum armenta, pecudes, capras, et alia animalia et bona propter rebellionem Francisci de Villalta, qui dicto D. Patriarche rebel- laverat, et quod accepta huiusmodi eidem D. Patriarche integraliter assignavit et dedit, et etiam dictos captivos, que omnia ipse D. Patriarcha confessus fuit ab eodem Castrono et Johanne eius fratre integre habuisse; propter quod idem D. Patriarcha suo et Aquilegensis Ecclesie nomine ipsi Castrono ibidem presenti et recipienti, suo, ac nomine et vice dicti Johannis eius fratris et heredum suorum fecit de premissis omnibus et singulis finem quietationem, remissionem plenariam, atque pactum de ulterius non petendo promittens suo et nomine antedicto, quod si ullo tempore dicti fratres, seu alter eorum, aut heredes sui propter premissa, aut aliquod premissorum dampnum incurrerent ali- quale, ipsos et quemlibet eorum conservabit indempnes, ad hoc obligans eidem Castrono suo et nomine quo supra recipienti omnia bona Aquilegensis Ecclesie mobilia et immobilia, pre- sentia et futura.

Actum Utini in Palatio Patriarcali.

CLXXVII.

1344. 27 Novembre. Gorizia.

I Conti di Gorizia vendono Belgrado, Flambro, l'avvocazia ed il mercato di Codroipo ed altri beni al nob. Valterpertoldo di Spilimbergo.

A. D. MCCCXLIV. ind. XII die IV exeunte Novembrio Actum in Castro Goritie presentibus Magnificus et potens d. Maynardus Goricie Comes et Tyrolis pro se et Henrico fratre suo, pro decem millibus libris et quingentis vendidit iure feudi ipsorum dd. Comitum, Castrum sive locum Belgradi d. Valterpertoldo q. d. Bartholomei militis de Spegnimbergo, cum omnibus suis pertinentiis et habitationibus et Gastaldiam de Flambri cum garritu et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus ad dictam Gastaldiam pertinentibus; et Garritum cum omnibus mansis et advocatiis infrascriptis, videlicet decimam in villa S. Pauli: item in villa de Straz unum mansum tresdecim camporum et ibidem ab alia parta aque Varmi braydam trium camporum; item braydam unius campi cum dimidio; item dimidium molendini iuxta Belgradum; item in Grumulo unum pratium; item nemus in Zugliano; item in Passaritz tria prata; item in villa Gradischie quatuor mansos; item in Brathiulo dimidium mansi et mansos quinque advocatie; in Belgrado braydam quatuor camporum; item in portu Lathisane braydas duas; item curiam prope pontem Belgradi; item advocatiam ville Quadruvii et nundinas ibidem etc. Manu Antonii Civitatensis notarii q. Francisci.

Estratto in copia nella Bibl. Arcivesc. di Udine.

CLXXVIII.

1344. 5 Dicembre. Spilimbergo.

Il nob. Valterpertoldo di Spilimbergo promette di rivendere Belgrado e Flambro ai Conti di Gorizia quando gli siareso il denaro per essi esborsato.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem MCCCXLIV. Indictione XII die V intraute mense Decembris in Spegnimbergo prope domum Communis. Presentibus Dominis

Federico q. Lodoici de Cavoriacho, Pertoldo filio D. Federici de Murucio, Leonardo q. Bunini de Spegnimbergo, Nicolao fratre D. Marquardi militis de Castro novo, Ottaviano, q. D. Succi de Florentia Tano de Salto comitatus Florentie commorantibus in Spegnimbergo, ac Symone Purgrafio de Goritia et aliis. Cum nobilis vir D. Valterpertoldus q. D. Bartholomei militis de Spegnimbergo promississet revendere ac restituere Castrum sive locum de Belgrado cum habitantiis, fortificiis, et pertinentiis suis et Castrum de Flambri cum garito, advocatiis, juribus et jurisdictionibus, mansis, bonis et possessionibus contentis in instrumento venditionis scripto manu mei notarii infrascripti sub dicto anno et indictione die quarto exeuntis mensis novembris, magnifico et potenti viro D. Mainardo Goritie et Tirolis Comiti recipienti pro se, et D. Henrico fratre suo et heredibus eorum et successoribus pro pretio et foro decem millium et quingentarum librarum veronensium parvulorum in perpetuum et quodcumque dicti Domini Comites, vel alter eorum, heredes et successores ipsorum dabunt et persolvent ipsi Domino Valterpertoldo et Henrico fratribus et heredibus eorum dictam quantitatem pecunie in florenis et ducatis bonis et iusti ponderis da auro, in denariis novis et veteribus, et in denariis aquilegensibus infra festum et Natalis Domini; et promisit idem D. Valterpertoldus omnino facere cum effectu, quod D. Henricus frater suus ad predicta omnia et singula se obligabit, et in omnibus, et per omnia confirmabit et ratificabit; et quod D. Henricus miles de Pramperch, Federicus de Murutio, et Dietalmus de Varmo se fideiussores pro rata constituent ad predicta et singula observanda et adimplenda, prout de predictis omnibus continetur publico instrumento revenditionis scripto manu mei Antonii notarii infrascripti una cum Vorlico notario q.^m Nicolai de Goritia sub dictis anno et indictione, die quarta exeuntis novembris. Volensque idem D. Valterpertoldus omnia premissa per eum ipsi D. Comiti Mainardo attendere et observare et etiam adimplere ad instantiam et petitionem sui D. Henricus frater suus predictus, predicta omnia et singula in instrumento revenditionis contenta ratificavit, affirmavit, confirmavit et approbavit in omnibus et per omnia. Et predicti Domini Franciscus de Murutio, Dietalmus de Varmo et Vulvianus filius Henrici de Pramperch,

tamquam procurator dicti patris sui ad omnia et singula supradicta, ed infrascripta specialiter constitutus, prout continetur publico instrumento manu Francisci d. Supertini de Supertiniis de Spilimbergo sub dictis anno, et indictione, die secundo intrantis Decembris a me notario viso et lecto, ibidem per se et heredes cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, cum refectione omnium dampnorum et expensarum, ac interesse litis et extra pro rata fideiussores extiterunt. Promittentes dicti fideiussores pro se, et heredibus ipsorum, et iurantes corporaliter ad sancta Dei Evangelia omnino facere et procurare cum effectu quod dicti Domini Valterpertoldus et Henricus fratres de Spenimbergo, eorumque heredes revendent et restituent ipsis Dominis Comitibus, vel alteri eorum, eorumque heredibus et successoribus dictum castrum Belgradi cum habitantiis et fortificiis suis et Gastaldiam de Flambri cum garito, advocatiis, juribus ac iurisdictionibus et omnibus bonis, mansis et possessionibus venditis ipsis fratribus de Spenimbergo per ipsos Dominus Comites antedictos, sub ypotecha et obligatione predicta omnium suorum bonorum, et ad maiorem confirmationem omnium et singulorum predictorum, prefatus D. Henricus cum sigillo fratris sui D. Valterpertoldi predicti, et ejus voluntate, quia sigillo proprio caret, hoc presens instrumentum una cum dictis fideiussoribus eorum sigillis pendentibus roboravit.

Et ego Antonius filius Francisci de Austria Civitate Imperiali auctoritate Notarius, una cum Vorlico Notario q.^m Nicolai de Goritia his omnibus interfui, et rogatus fideliter scripsi.

Da copia nella Collez. Pirona. Bibl. Civ. Udine.

CLXXIX.

1344. 5 Dicembre. Spilimbergo.

Fideiussione prestata dal nob. Valterpertoldo di Spilimbergo ai Conti di Gorizia per il deposito da essi fatto in sue mani di diecimila e cinquecento lire.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem MCCCXLIV. ind. XII. die V intrante Decembris, in Spegnimbergo prope domum Communis. Presentibus dominis Federico q.

D. Lodovici de Cavoriacho, Pertoldo filio d. Federici de Murucio, Leonardo q. Zunini de Spegninbergo, Nicolao fratre d. Marquardi militis de Castronovo, Ottaviano q. d. Tucii de Florentia, Tano de Salto comitatus Florentie commorantibus in Spegninbergo ac Symone Purgrafio de Goritia et aliis.

Cum nobilis vir d. Walterus Pertoldus q. d. Bartholomei militis de Spegninbergo contentus et confessus fuerit se nomine pari depositi et salvamenti habuisse et integre recepisse a magnifico et potenti domino d. Maynardo Goricie et Tirolis Comite dante et deponente pro se ac vice et nomine d. Comitis Henrici fratris sui et suorum heredum decem milia et quingentas libras veronensium parvulorum et idem Walterus Pertoldus fide prestita manuali nomine sacramenti promisisset omnino facere et procurare cum effectu quod d. Henricus frater suus, d. Henricus de Prampergo, d. Federicus de Murucio, Odorlicus q. d. Artichi et et Rizardus q. d. Fanfini de Prampergo et Dyethalmus q. d. Asquini de Varmo se simul et in solidum una cum dicto d. Waltero Pertoldo principales depositarii et fideiussores pro dicto deposito restituendo ipsis dominis Comitibus vel alteri eorum eorum heredibus et successoribus ad petitionem et requisitionem et eorundem obligarent prout de iis omnibus clarius continetur publico instrumento scripto manu mei Antonii notarii infrascripti una cum Odorlico notario q. Nicolai de Goritia sub dictis anno et indictione, die IX exeunte Novembri, volens idem d. Walterus Pertoldus omnia supradicta et premissa per eum penitus adimplere ad instantiam et petitionem sui, coram dictis testibus et me notario infrascripto stipulanti et recipienti vice et nomine ipsorum dd. Comitum et eorum heredum et successorum, dicti domini Henricus de Spegninbergo, Federico de Murucio, Odorlicus q. d. Artichi de Prampergo, Dyethalmus q. d. Asquini de Varmo, Rizardus q. d. Fanfini de Prampergo, Ulvinus filius d. Henrici militis de Prampergo tamquam procuratoris dicti patris sui ad omnia et singula supradicta et infrascripta specialiter constitutus prout continetur publico instrumento scripto manu Francisci notarii d. Supertini de Spegninbergo sub dictis anno et indictione, die secundo intrante Decembri a me notario viso et lecto ibidem per se eorumque heredes cum obligatione eorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum et

expensarum et interesse litis et extra, extiterunt fideiussores et principales depositarii se et suo in solidum obligando ad dictum depositum ipsis dominis Comitibus penitus restituendum; cum pactis, penis, promissionibus et conventionibus omnibus in dicto instrumento contentis, promittentes et iurantes dicti fideiussores corporaliter ad sancta Dei evangelia tactis scripturis predicta omnia et singula, firma, rata et grata habere et tenere et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, cum obligatione et ypotheca omnium suorum bonorum ut superius est expressum; et ad maiorem stabilitatem omnium predictorum dicti fideiussores hoc presens instrumentum suis sigillis propriis muniverunt.

Et ego Antonius filius Francisci de Austria Civitate imperiali auctoritate notarius presens instrumentum una cum Volrico notario q. Nicolai de Goritia hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Da perg. orig. nella Collez. Joppi.

CLXXX.

1345. 25 Gennaio. Udine.

Il patriarca Bertrando investe di masi nel Carso Nicolò di Dorimberch.

Die XXV mensis Januarii. Presentibus viro D. Fratre Giberto Abbate monasterii mosacensis, Nobilibus viris D. D. Johanne de Cucanea milite, Henrico de Strassoldo, Symone de Castellerio, et Nicolussio Varbiti de Utino testibus et aliis.

Constitutus in presentia Reverendi in Christo Patris et D. D. Bertrandi Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarche, Conradus da Goritia vassallus Aquilegensis Ecclesie, non per circumventionem aliquam, aut errorem, sed pure, sponte, libere et ex certa scientia renuntiavit in manibus ipsius D. Patriarche suo et dicte sue Ecclesie nomine recipienti, tribus mansis cum dimidio sitis in Chubigla super Carsis, quos ipse habebat et tenebat in feudum rectum et legale ab Ecclesia Aquilegensi, quorum unus regitur per Maren, secundus per Gramanum, tertius per Martinum et dimidius per de dicta Villa. Qua

quidem renuntiatione sic ut premititur, facta, dictus D. Patriarcha volens ex predictis mansis fidelem sibi et Aquilegiensi Ecclesie Vassallum acquirere, ac Nicolaum q.^m Arnoldi de Dorimbergh intuitu fidelitatis et devotionis sue, quam gerit ad Ecclesiam supradictam favore prosequi gratioso, recepto ab eodem Nicolao fidelitatis debite juramento, quod vassallus Domino suo prestare in talibus consuevit, per se suosque successores ac nomine Aquilegensis Ecclesie, prefatos tres mansos cum dimidio, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis dicto Nicolao pro se suisque heredibus recipienti, eo iure quo predictus Conradus illos habebat et tenebat ab Ecclesia memorata, tradidit et concessit, ipsumque de illis presentialiter investivit salvo iure Aquilegensis Ecclesie et omnium personarum.

Actum Utini, in palatio Patriarchali.

Not. Gubertino da Novate. Arch. notar. Udine.

CLXXXI.

1345. 2 Febbraio. Cuccagna.

Il nob. Giovanni di Cuccagna restituisce alcuni oggetti preziosi ai Purgraffj di Gorizia.

A. D. 1345, ind. XIII, in Cucanea in palacio magno D. Henrici q. D. Adalpreti, secundo die intrante februaryo, presentibus Dominis Guarnerio et Henricho fratribus q. D. Adalpreti, Simone D. Odorlici, Nicolao dicto Rusyz filio D. Durisse de Varo nunc omnibus commorantibus in Cucanea, Heberlino de Frata Bavariensis diocesis q. Henrici, Nichilino de Vehels Craynensis diocesis q. Pertoldi testibus et aliis.

Henrichus commorans in Gorizia scriba Dominorum Simonis et Johannis fratrum Purcraffis (sic) de Goritia q. D. Henrici eiusdem loci Purcraffii nuncius deputatus per eos ad recipiendum infrascripta bona a D. Johanne de Cucanea supradicto vel ab ejus nuncio vel procuratore sicut ibidem per dictum Henrichum scribam in presencia mei notarii et testium supradictorum publice dicebatur, videlicet sex cuppas argenteas cum pede scilicet unam de radice perle cum lapidibus supra pedem, aliam de crystallo, terciam de ovo struzii, alias tres totas argenteas desuper deauratas.

Item quatuor naffos argenteos desuper deauratos et sex alios naffos totos argenteos. Item tres spenulas hominis argenteas desuper deauratas ornatas cum perlis et cum lapidibus; item duos tassillos dominarum argenteos desuper deauratos. Item tria cyngula argentea unum magnum et duo parva. Item alia duo cyngula videlicet chordonos, unum de perlis et alium cum bothonis argenti: Item unam terceram perlarum. Item unum fazolium de auro. Ibiq̄ue presens supradictus Henrichus scriba supradictorum DD. Simonis et Johannis nuncius deputatus per supradictos DD. Simonem et Johannem Purcraffios de Gorizia sicut dictum est, non metu aliquo vel errore ymmo mere pure et libere vocavit sibi fore redditum et integre restitutum per se et vice et nomine supradictorum DD. Simonis et Johannis de omnibus supradictis a Manfredino commorante in Fagedis q. D. Rodassii de la Turre de Mediolano reddente et restituente vice et nomine D. Johannis de Cucanea q. D. Adalpreti tamquam a fidicommissario supradictorum DD. Johannis et Simonis et vice et nomine quo supra fecit finem et remissionem de ulterius non petendo, fideiussores si qui reperirentur absolvit, cartas sive scripturam si reperirentur ad supradicta voluit esse cassa et vana et penitus nullius firmitatis. Carta cum omni melioramento etc.

Not. Pre Lupo di Faedis. Arch. notar. Udine.

CLXXXII.

1345. 21 Maggio. Manzano.

Il patriarca d'Aquileja Berfrando assicura tutti i mercanti transituri per la strada di Plez.

Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Nos Patriarcha Bertrandus notum fore volumus universis, quod omnes et singulos mercatores de Villacco et locis aliis quibuscumque, ac eorum servitores quicumque sint tam inimicorum nostrorum quam aliorum subditi veniendo per stratam de Plez ad civitatem nostram Austrie cum eorum mercibus et

Datum in nostro felici exercitu apud Manzanum die XXI. mensis Maii, anno Dominice Nativitatis MCCCXLV. Indictione XIII.

CLXXXIII.

1345. 6 Luglio. *Manzano.*

Il patriarca assolda alcuni nobili tedeschi nella guerra coi Conti di Gorizia.

Cum pridem Comites Goricie Aquilegensis Ecclesiam de guerra invaserunt malo modo fideles et subditos ejusdem Ecclesie capiendos ac etiam detinendos etc. Bertrandus Patriarche volens dictis Comitibus resistere juxta posse ad dictam eius Ecclesiam et Patriam a tantis dispendiis et oppressionibus viriliter defensare, magnificos et potentes viros dd. Ottonem Comitem de Ortemburgh, Hainricum de Monpareis, Albertum de Truxin, Hermanum Chumer, Hermanum de Gligwels milites, Johannem de Stegemberch multosque alios nobiles et probos viros ad suum et predictae Ecclesie servitium et stipendium evocavit et habuit cum magna gentis armigere comitiva ut cum eis compesceret proterviam comitum predictorum etc. Ad supplendas expensas dedit, vendidit et concessit pretio duarum millium et quingentarum marcharum Francischino Bonaquisti de Florentia mutam de Selusa cum jure picis montium de Selusa usque ad duos annos.

Arch. Capit. Udine. Copia.

1345. 10. *Agosto.*

Tregue fiunt inter Patriarcham et Comites Goricie usque ad quindecim dies post festum s. Michaelis.

Ibid.

CLXXXIV.

1345. 24 *Luglio. Manzano.*

Il patriarca d'Acquileja per spese di guerra col conte di Gorizia attifa per un anno la Gastaldia di Tolmino.

Die XXIV mensis Julii . . . Presentibus nobilibus D. D. Federico de Savorgnano, Hermano de Carnea militibus etc. . . . Cum pridem Comites Goricie Aquilegensis Ecclesiam de guerra invaserint malo modo, fideles et subditos eiusdem Ecclesie capiendos, nec non totam Patriam Forijuli inhumaniter depopulando

et supponendo incendiis et rapinis; Reverendus in Christo Pater et D. D. Bertrandus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha volens dictis Comitibus resistere juxta posse, ac dictam ejus Ecclesiam et Patriam a tot et tantis dispendiis et oppressionibus viriliter defendere, magnificos et potentes viros Dominos Ottonem Comitem de Ortemburch, Henricum de Monpareis, Herchindum de Weysenech milites, Johannem de Steynberch, multosque alios milites et nobiles ad suum et predictae Ecclesie servitium et stipendium vocavit et habuit cum magna gentis armigere comitiva ut cum eis compesceret proterviam comitum predictorum et dictam suam Ecclesiam ac Patriam eorum funestis manibus liberaret et cum ad tot et tanta onera expensarum supportanda, redditus presentes memorate Ecclesie sufficere non videbat, nec poterat aliunde pecuniam invenire, nisi ad futurum tempus de redditibus et proventibus prefacte Ecclesie venderet et locaret; idcirco dictus D. Patriarcha suo et successorum suorum nomine et Aquilegensis Ecclesie, pretio et foro mille ducentorum florenorum auri, quos ipse D. Patriarcha contentus et confessus fuit se habuisse et integre recepisse a nobili viro Castrono de Bardis de Florentia Utini commorante, ac ipsos mille ducentos florenos in solutione predictorum stipendiatorum conversos fuisse. Renuntians exceptioni non habiti et non recepti et sibi date et tradite dicte pecunie quantitatis, dedit, locavit atque concessit eidem Castrono pro se et nomine et vice predicti Johannis fratris suis, nec non heredum suorum nomine recipienti, custodiam et gubernationem Castrorum suorum superioris et inferioris de Tulmino, nec non Gastaldiam suam de Tulmino cum Garicto, juribus, jurisdictionibus, proventibus, redditibus, honoribus et obventionibus universis debitis et et consuetis ad ipsam Gastaldiam spectantibus a proximo festo Cathedre S. Petri proximi ad unum annum tunc immediate sequentem integrum et completum. Ita tamen quod finito termino dicti anni, prefatus Castronus et Johannes ac sui heredes predicta Castra et Gastaldiam Tulmini cum omnibus supradictis Domino Patriarche predicto

Actum Manzani in domo habitationis Thadei de dicto loco.

Not. Gubertino da Novate. Arch. Notar. Udine.

(Continua).

